

M I M

1 6 4 8





~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi



# EPITHALAMIA,

In

SECUNDAS, utinam secundas, fecundasq;

NUPTIAS,

*Ornatissimi, Natalium, Virtutum, & integritatis*

*splendore Conspicui VIRI,*

**DN. VALENTINI WERNITII,**

Armamentarii, quod in Serenissimi Electoris Brandenburgici Castro Custrinensi instructissimum habetur, Commentariensis industrii,

**SPONSI,**

*cum*

*Honestissima Pudicissimaq; Virgine*

**ANNA OTTILIA,**

*Prudentissimi & Integerrimi Viri*

**DN. MELCHIORIS HOFMANNI,**

NEGOTIATORIS, Senatoris pariter ac Judicis in urbe

Francofurtana Spectatissimi,

filia carissima,

**SPONSA,**

celebrandas Die Junii,

*Sponseoro, sit qVaso tboro, PaX aVrea, Vestro.*

ANNO

*En DoMInVs VaLenInVs WernleIVs Anne*

*Ottilla obè IVngleVr.*

*Scripta ab amicis*

*& fautoribus calido pectore gratulantibus.*

*Francofurti*

*Typis NICOLAI KOCHII, Acad. Typ.*

2 may 73

me

o,

cm,

su

& oru:

Amico suo  
ndo grati-

OLLERUS  
of. Refor.





Προφώνησις γαμικὴ  
ad prestantissimum Dn. Sponsum.

**C**laruit Elisabeth Pietate; Pudore Susanna;  
Obsequio Sarai conjugis; Hanna prece;  
Uxor Ahasveri formâ, Bethanica Martha  
Sedulitate domus; Rabel amore viri;  
Blanditie Rebecca; sagacis acumine mentis  
Judith, Abigail ore; Michalq; fide;  
Nendiac texendi Joppæa Tabitha, luendiq;  
Hospita Tobæa claruit arte domûs.  
Cum Pietate Pudor, Prece cum, Obsequioq; Venustas,  
Castus amor Sponsi, sedula Cura domûs,  
Suada labella, Fides pectus, Prudentia mentem,  
Exornans gnarvas ars operosa manûs:  
Hæc Neonymphe tuæ sunt pulchra ornamina Sponsa:  
De Socia grator hac ineunte torum. (hinc  
Antè, precor, sudo careat Jove Memphis, & æstu,  
Aphrica terra, gelu Thracia, grandine Athos;  
Antè solo careant homines, & fulgura flammis,  
Pontus aquis, volucres aëre, & astra polo:  
Quàm vestrum rupto solvatur amore ligamen:  
Conjuga sit jugis Pax: Liga jugis erit.

αὐτοῦ ἐδίασι facta à  
M. DANIELE FESSELIO,

Hagiosynedrii Electoralis Neomar-  
chici Consiliario, & Cüstrinen-  
sum Pastore ac Superinten-  
dente.

Hûic



**H**uic oculis, Illi manibus, sed & auribus isti  
Ducitur, in socio quam velit esse thoro.  
*Formam* oculus, *dotem* manus, auris *pandula formans*  
Captat, quisq; suo ducitur ingenio:  
Tu mihi tu felix, *SPONSE OPTIME*, terq; beatus,  
Sensu non uno; at sensibus use tribus!  
*Virtutem SPONSÆ* tibi *Fama* ingessit in aurem,  
Et non vulgaris dona *Pudicitia*.  
*Fortunam* Patris *HOFMANNI* commercia pandunt,  
Ipsi cum variis quæ satis ampla viris.  
Non oculorum aciem fraudavit *Forma* Puellæ,  
Quâ *Veneri* palmam fecerit ambiguam.  
*Fortuna* & *Forma* in terris pulcherrima dona,  
At *Virtus Pietasq;* inserit alma polo.  
Hoc triplici lætare diu, *SPONSE OPTIME*, dono,  
Hoc triplici gaude, *SPONSA* beata, bono!  
*HOFMANNUMq;* *PATREM SOCERUMq;* ex asse beatum.  
Efficite unanimi corde & amore *Virum!*

**TOBIAS MAGIRUS**

*Profess.*

---

**EPITHALAMION,**

Ex

*Regii Prophetae Davidis Psalmo centesimo  
vigesimo octavo.*

**E**st certe nimium felix, totog; beatus  
Asse, (velut *Psalmes* cecinit *sanctissimus olim*)

A 2

Lege



Lege Dei monstrante viam vestigia quisquis  
Fugit, & Officii studeat effecisse labores,  
Seu fora, seu cultus, seu priva negotia tractet.  
Scilicet is manuum magnum questum arte suarum  
Comparet, externâ nec egenus sorte fruatur  
Quasitis propriis, nec copia deërit eidem.  
Quid? quod junctâ VIRO Coniunx rectum omne replebit  
Latitiâ, nec non exemplum vitis opacæ  
Existet, latus omne domus quæ palmite cingit.  
Quid? quod olivarum soboles suscepta novella  
Instar erit, juxta mensam matrisq; patrisq;  
Affectas tacitâ implebit dulcedine mentes,  
Cernentes casti monumentum & pignus amoris.

Ab dulcos fructus pietatis, & optima vitæ  
Commoda, quæ veniunt usu, faciuntq; beatum  
Cujus inest animo Numen coluisse supremum.  
Sic benedictus erit Domino de colle Sionis:  
Sic res florentes Solymæ vidisse beatæ  
Interrâ dabitur, grata cum copia lucis  
Suppetet, ingentem capietq; ex stirpe nepotum  
Letitiam, studiis sanctis & pectore junctam  
In sacro catu factâ cum pace videbis.

Hæc animo reputat, nec non hæc mente revolvit  
Valentin Wernick, cui lux bodierna jugalis  
Lecti letitiam provexit sedere fausto,  
Ipsi quum Virgo casta Annula Otília nubit.

Quare quod restat brevibus sint hæc mea vota  
ANNA OTIL: ipsa viro repleat recta omnia Coniunx  
Latitiâ, nec non exemplum vitis opacæ  
Existat, latus omne domus quæ palmite cingit.

Fallor?




Fallor? an id spondet cognomen † amabile Nympha?  
Spondet: Et ipse ratum superum jubet esse Monarcha.

† Hoffmannin.

Honoris & gratulationis  
ergo f

M. MARTINUS Muthreich/  
Berolinensis, Custrini Ecclesiae  
Archi-Diac.



EHREN-SPRACHE

Des Ehestandes.

Auff

Herren VALENTINI Bernicken/  
und

Jungfer Anna Ottilia Hoffmannin  
Hochzeitliches Ehren-Fest.

15

W<sup>e</sup>il ist der Mensch doch so bethört /  
Daß er das Freyen schätzet /  
Und wenn er von dem Kloster hört /

So inniglich sich frewet?

Er hasset was man lieben sol /

Er fürchtet Ruh / sucht Lenden /

Und was ihn drückt / gefällt ihm wol /

Wil von der Welt gar scheiden.

A iij

Ein



2.  
Ein solcher Wahn ist Narren-Land /  
Die nur das Trauren lieben.  
Und ist auß Gottes Wort bekand /  
Daß man sich nicht betrüben /  
Und gleich in einem Ho-Spital /  
Darinn viel Krancken müssen  
Mit Herzens-Angst und Seelen-Dval  
Sein Leben sol beschliessen.

3.  
Ach! Sorgen / Wider-Will und Noth /  
Verfolgung / Haß und Klagen /  
Seynd täglich unser Morgen-Brod /  
Und sonst viel andre Plagen!  
Wer wolte dann noch seyn bedacht /  
Wie nur dis arme Leben  
In Einsamkeit sey zugebracht /  
Und stets dem Leyd ergeben?

4.  
Wer sieht nicht / wie in freyer Luft  
Sich alles thut verbünden?  
Was fleucht / was kreucht / was fucht / was rufft  
Kan seines gleichen finden:  
Ja Hügel / Berge / Feld und Wald  
Im Sommer sich bewerben /  
Damit sie für dem Winter kalt  
Ein warmes Bett ererben.

Der



5.  
Der Mensch im Aufzug dieser Zeit  
Solt nicht auff Heyrath dencken /  
Und nur auff diese Sterblichkeit  
Sein ganzes Wesen lencken?  
O mehr als wol ist der daran /  
Dem Gott und Glücke fügen /  
Was Unmuth ihm benehmen kan /  
Und seinen Sinn vergnügen?

6.  
Dann wenn des Glückes Donner-Strahl  
Mit aller Macht ihn fället /  
Er sein herzlichstes Eh-Gemahl /  
Das Gott ihm zugesellet /  
In Trüsal / Kummer Angst und Pein  
Kan zur Gehülffin haben /  
Die stets wil umb-und bey ihm seyn /  
Ihm Herz und Seele laben.

7.  
Doch in des grossen Gottes Rath /  
Was droben wird beliebet /  
Wird an uns Menschen in der That  
Hiernieden stets verübet /  
Gesundheit / Gunst / Ehr / Gut und Geld /  
Und was wir nur begehren /

Kein



Kein Glück noch Unglück auff uns fällt /  
Es kommt durch sein Beschehen.

8.

Dem habt / Herr Bernick / grosser Freund  
Ihr einzig auch zu dancken /  
Daß die / so euch von Herzen meint /  
Durch starcke Liebes-Schrancken  
Sich in euch schleust / und ihre Hand  
Zum neuen Liebes-Zeichen /  
Zum festen Seel-und Herzens-Band  
Euch thut mit Willen reichen.

9.

Frankfurt der Vierinnen Zier /  
Du wilt uns jetzt beschämen /  
Den Bräutigamb nimmst du uns von hier /  
Doch wirst du bald dich grämen /  
Wenn unser hohen Wälle Pracht  
Die beyden wird umbfangen /  
Die Frankfurt geben gute Nacht /  
Und nach Custrin verlangen.

Amicæ congratulationis ergo  
scribebam Custrini Neomarchiæ d. 23. Junii Anno 1648.

M. MATTHIAS BUGÆUS,  
Diaconus ibid.

Fœmi-



**F**oeminei sexus opprobria rettulit inter  
Hoc quoq; *Dux tragici* maximus ille *chori*:

*Collocet haud modico quòd natas are maritis,*  
Atq; sua properans eligat æde Pater.  
Non secus ac gaudens *numos impertiat ultrò,*  
Hoc *amoliri* quòd grave possit onus.

Cui cor tam sapiens, sic foetidus ore protervis,  
Infamans generis *summe Poëta* decus?  
Desine foemineum *tragicissime* rodere sexum  
*Misogynes*, caveas *teter*, *acerbe*, canem.

Si pergis, vereor, *philomela* voceris ut *ultrà,*  
*Obscene* nomen fortè habiturus *avis*.

Quanquam, quid simulas? foemellas fama vagatur  
Tete *odisse choro*, sed *peramasse toro*.

Provida munifici quicquam si cura parentis  
Largitur, meritò num reprobandus erit?

Qui retinere velit gnatas cupiatq; libenter,  
Delicias senio, tute fatere, suo.

Cura propagandæ per secula plurima gentis  
Persuadet citius molle subire jugum.

Quod superadjicitur, sit amoris tessera magni,  
Ut meminisse Patris gnata genèrq; velit.

Quòd si lex staret populis servata quibusdam,  
Si *Germanorum* mos revocandus avùm,

*Cantabrice* nobis si gentis scita sederent:

Tu potiùs dotem *Sponse polite* dares,  
Ut cui contigerit *formosior omnibus una*,

**WERNICÆE**, tuum virgo initura torum.

At *Socer* id *Judex* haud sirit *sordibus expers*,

**HOFMANUS**, largà cognitus ille manu.

Cùmq; juvet gratis pulchrâ caluisse puellâ,  
Proderit illecebrâ dote calere magis,

**B**

**SPON:**

Euripid. in Hippel. quem refert  
Maets. Gribald. ad rubr. ff. sol. matr.  
Hilliger in Doell. Enucl. lib. 13. 20  
l. P. D.

uns fällt /  
schehen.

Freund

Hand

Band

en.

hier /

cht

en /

cht /

n.

ationis ergo

Culfrini Neo-

23. Junii An-

**BUGÆUS**


mus ibid.

Fœmi-



SPONSE domi felix oculis habitare medentem  
OTTILIAM, stolidum ne mediteris iter,  
Redde DEO grates, SOCERUM reverere, tuamq;  
Sincero SPONSAM pectore semper ama.

M. JOANNES MOLLERUS,  
ad jocosum Dni. Judicis HOEMANI  
alludens f.



Honoratissimi Domini  
Sponsi Nomen per Anagramma,  
VALENTIN WERNICIUS.  
I, nunc valet jus Verni.

**N**unc Venus atq; Ceres, certant de tempore Verni  
Prasidio veris, qua fiet apta magis,  
Tempore de Verni, Venus ut vicisse putetur,  
I, quaso, in Thalamum, Sponse adamate tuum  
Temporis & Verni, Nunc Jus, modo Sedulus urge,  
Ac se se ostendet prevaluisse Venus.

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

**H**ier lest sich sehn im Streit Venus die Göttin groß /  
Doch nicht mit ihres gleich / sondern mit Ceres bloß /  
Wer doch die Herscherin / der schönen Frühlings-Zeiten /  
Wie auch derselben sey / so in der Liebe streiten /  
Herr Bräutigamb nur fort / Venus wird forne gehn  
So ihr braucht Frühlings-Recht / muß Ceres hinden stehn.

Faustissimi ominus Ergo  
adposuit

GEORGIUS MÜLSTERUS,  
Pastor Neotham.

Ut tua



**U**T tua, Sponse Colende, secundet vota Supremus  
Jova, precor, cujus Numine Nympha datur,  
Læteris meritò Neonymphe, & júbila fundas,  
Nam thalami ingreditur Nupta venusta tuum  
O quantum est, sibi præ reliquis duxisse Maritam!  
Sed bene moratam qui benè sentit, habet;  
Nam dotata satis conjux morata, Marito  
Illa fuit largâ de bonitate DEi,  
Sic tibi moratam DEus alto misit olympe  
Intrat quæ thalamum condecorata tuum.  
Pelle procul luctum, summo confide parenti.  
Dum tibi præ reliquis NUPTA petita venit:  
Quæ virtute pari, pietate, pudore fidèq;  
Moribus & vita est par Neonymphe tibi.  
Quæ tibi Sponsa, venit celebri de stirpe venusta,  
Ætatem ætati proferet illa tua,  
Gratulor & Grator fortunam, Sponse, benignam,  
Et precor ut vobis det Deus omne bonum.  
Salve Sponsa, tibi venit exoptatus Amicus,  
Qui simul in dubiis dulce levamen erit.  
Nunc age felici succedant omine vota:  
Sponsa, ô sis felix, Sponseq; vive diu.  
In thalamo vigeat Pax & concordia vestro,  
Ardens & surgat graminis instar Amor.  
Hoc precor eveniat: sit cura domestica felix,  
Conturbet vestrum nulla querela thorum.  
Hoc precor eveniat: multos vivatis in annos,  
Et felix thalamus, sit sine lite thorus.

*Honoris & benevole affectionis  
ergò scribebat.*

**JOHANNES PRENTZLOVIUS,**

*Pastor Fürstenfeldensis.*

B 2

Hono-



**T**ertius est annus, thalami cum chare PATRONE  
 VALENTINE, tuo cum genitore, ruam  
 Abstraxit sociam, fratrem nuperq; JOHANNEM  
 Germanum fera mors abstulit ipsa tuum.  
 Hinc queror: ah vexant quàm multa incommoda vitam?  
 Nec mirum, multis namq; referta malis.  
 Cogitur alterius res hic fatis ardua sceptrum,  
 Vel casus alios pertolerare graves.  
 Cogitur ille pati, sit junctus amaror amori,  
 Talia si veniunt, quæ facienda putas?  
 Tristia miscentur lætis, nos rebus in istis  
 Oremus, precibus nam leviora solent  
 Terrigenis fieri, mala quæ modò cuncta fatigant,  
 Duriter atq; premunt, codice teste DEI.  
 Ergò WERNITI, tu sorte in utraq; precator  
 Sic tibi conjugium non grave fiet onus, (Nympha  
 Non grave erit, si Nympha, tuo, ANNA OTTILIA  
 Dixeris: en operis dulce levamen ero,  
 En tibi solamen, non solum tempora cum sine  
 Prospera: sed nobis aspera Conjugibus,  
 Ipsa ero, s'vaviolum decus & lux, summa voluptas  
 Nulla tibi queruli causa doloris ero.  
 Ah mi OCULE, implebo mensuram nominis, Ipsa  
 Grata tibi ut vivam, morigera atq; siem.  
 His motus, tua Cura, tuum Cor, spes tua dicet:  
 O requies animæ, nil magis opto, mea!  
 His Evergetes addo mea vota, sit unum  
 Pectus, sit vobis pectoris unus amor.  
 Omnia succedant rectis bona, cuncta recedant,  
 Rumpunt quæ sanctum connubiale decus.  
 Vivite felices, tua sponsa decens, pie Sponse,  
 Vitaq; læta tibi, foetraq; vitis, Ego  
 Sit superesse diu, tecum quò vivere possit:  
 Ne viduus fias, nec vidua illa tibi.

Expeto,



Expeto, nam Musæ, Pietas, Mystæ tibi Curæ  
Hos, colis hos etiam consilioq; juvas,  
Testis ego, me Pastorem miserumq; senemq;  
Juvisti, hancce tuam sæpè fatebor opem,  
Ante DEUM inprimis, qui cuncta utriq; tuisq;  
Compenset largè quæ tua dextra dedit.  
Pectore quò tali, mea sit PATRONA novella,  
Hoc mihi Jhova velis, Tu dare namq; potes,  
IHOVA velis dare, cordicitus quæ nostra precata  
Musa fuit, summi deniq; regna Poli.

*ἑρνοδίστικον.*

*Sexta Dies & Viginti CVM Venerat aXe  
En IVnII à Sponso Sponsa petita bono.*

*DAVID REGENBERGIUS,  
Ecclesiæ Christi in Schmarf,  
sendorff Pastor.*



*Dn. VALENTINO WERNICÆO,  
δευτεργραμμῆνι, S. pl.*

**W**ernicæ meos inter pars maxima amicos,  
Inter Patronos pars quoq; magna meos:  
Cum tibi cuncta regens Fatum nil tale timenti  
Solverit, heu! costa vincula prima tua:  
Jure iteras socii sociaua fœdera lecti,  
Exosus viduæ tristia signa domus.  
Flagitat hoc vates Tharsensis, uumine plenus:  
Thariades raptâ conjuge fecit idem.  
Ergò quod instituis, sic prospiciente JHOVA,  
Exopto, ut dextro sidere cedat, opus.  
Pronubus aternus tua capta secunda secundet,  
Et ne fata unquam sint tibi leua levet.

B 3

Vivite



Vivite felices, & vivite Nestoris annos,  
Vivite mente pares, stemmate, sorte, bonis.  
Ac complete domum, quæ multâ prole referta,  
Sit benedicta solo, sit benedicta polo.  
Coelum manna pluat vobis & Hymettia mella,  
Omnigenâsq; ferax terra recludat opes.  
Sic erit: intonuit laevum! mea vota probantur,  
Et dabit his precibus pondus inesse DEUS.

MARTINUS CRAMERUS,  
Sch. Thamm. Rector.



EPITHALAMIUM.

Ex Anagrammatismo Nominis domini Neonym-  
phi ita contextum, ut sint inter-  
locutores;

VENUS, SPONSUS & SPONSA.

VALENTINUS WERNICEUS.

ἢ ἀναγραμματισμῶ

NÆ VERE VULNUS INCUTIS.

VENUS.

U T multi prorsus detrectent vota secunda,  
Atq; meo renuant subdere colla iugo;  
Attamen ad suaves rursus stimulantur amores  
Omnes mortales, quos modò cunq; volo.  
Namq; meo jussu, pernicipibus impiger alis,  
Corda virûm subitò VULNERAT igne Puer.  
Fallor? An hoc etiam, Mi VALENTINE fateris?  
Nonne hoc testatur, quod tibi VULNUS adest?

SPON-



*SPONSUS.*

**E**st ita. Nam statui, demptâ mihi Coniuge primâ,  
In viduo semper sic recubare toro,  
Ac nunquam thalami transire ad vota secunda  
Per totam vitam, nec tua castra sequi.  
Ast quia Filioli talis nunc **VULNUS** amoris  
INCUTIS heu cordi! Corde meo doleo,  
Et cogor thalami transire ad vota secunda.  
Quare me lætâ respice fronte, Venus,  
Ac mihi subveniens formosam trade puellam,  
**VULNERIS INCUSSE** quæ medicina fiet.

*VENUS.*

Quid trepidas? En accurrit formosa Puella,  
**VULNERIS INCUSSE** quæ medicina fiet.

*SPONSUS.*

Hæcce meum **VULNUS VERB** sanare valeret!  
Opto **NÆ** votis hanc sociam thalami!

*SPONSUS ad SPONSAM.*

O Flos Nympharum, presso mihi, quæso, dolore  
Subvenias, sanans **VULNUS** amore meum.

*SPONSA.*

Siquâ re Domino possum succurrere, prompta  
Succurram, sanans **VULNUS** amore meo,  
Et quâcunq; queo nunc arte juvare, juvabo,  
**VULNERIS INCUSSE** quod medicina fiet.

*SPONSUS.*

In mea nunc properes ergo, formosa Virago,  
Brachia, namq; sis Sponsa adamata mihi,

Me

AMERUS

m. Rector.

i Neonym.

A.  
NICEUS

TIS.

go;  
iores  
q; volo.

uer.  
teris?  
adest?

SPON-



Me tecum validè sociali fœdere jungam;  
Nil nostri solvat vincula sacra tori,  
Nec sortis sævæ gravitas, nec pessuma facta,  
Nec mœror tristis, mors nisi rumpat ea!

*V E N U S.*

Cum faustis veniat Virgo tibi, Sponse novelle,  
Fatis, in votis quæ fuit antè tuis,  
Nunc cordis tristes gemitûs, planctûsq; repone,  
Ac animo contrà gaudia mille cape.  
Hæc etenim pascens oculos, tibi gaudia reddet,  
Et tumidum curis cot relevabit ita,  
Rebus in adversis, homines quæ sæpè fatigant,  
Hæc tibi solamen, dulce levamen erit.  
Ergò tuo penitus nunc sit commissa favori,  
Et roseis jungas blanda labella labris.  
SPONSE, tuam SPONSAM redames de pectore toto,  
SPONSA tuum SPONSUM devenerêris amans,  
Vos comitetur Amor sincerus in omnia vitæ  
Tempora, nec vestram segreget ira fidem.  
Fortunet vestrum fœdus, qui fœderis hujus  
Autor, quò veniant commoda mille toro.  
*Vivatls sanl VnanlMels, qVos lVnglt lœVa,*  
*Slnt slne Lite æDels, non slne prœLe torVs.*

\*\*

\*\*

\*\*

*Tob. 3. v. 21, 22.*

**U**T tandem surgit splendens post nubila Phœbus;  
Jubila sic surgunt post mala fata piis.

**W**ie die Sonne scheint wider /  
Wenn der Regen ist hernieder /  
Und die edle Frühlings-Zeit

Wider



Wider Kleidet alle Felder /  
Alle Blumen / alle Wälder /  
Nach des Winters Trawrigkeit;  
Wie der Mond geht auff und nieder /  
Wie das Meer sich stillt wider /  
Und sich wider giebt zur Ruh /  
Stillet seine wilde Wellen /  
Wenn die Winde nicht mehr bellen /  
Sondern das Maul halten zu:  
Also / wenn wir überstanden  
Herbes-Klagen / Unglücks-Banden /  
Herzens-Angst und Trawrigkeit /  
Pfleget Gott uns zuzuwenden  
Herzens-Trost / und bald zu senden  
Zucker-süße Fröligkeit.  
Des / Herr Bräutigamb / traw' ich eben /  
Könnet Ihr ein Beyspiel geben /  
Wenn auff vorig' Angst und Pein,  
Euch nun Gott wil wider geben  
Hochzeit-Freud / und Ehlichs-Leben /  
Durch der Liebsten Augenschlein.  
Jeso wird euch Gott einschieben  
Neue Lust / und süße lieben  
Machen / daß die Trawer-Pein /  
So bisher euch hat geplaget /  
Und Euch Ewer Herr genaget /  
Sol bey Euch vergessen seyn.  
Ja Er wil Euch nun ersehen /  
Der Verstorbenen Stell ersehen  
Mit der Liebsten Gegenwart /

E

Die



Die da Euch wird Labfal geben /  
Stercken ewre Seel und Leben /  
Weil sie ist an Tugend zart.  
Wie ein Schiffer sich nicht kräncket /  
Noch des Sturmes mehr gedencket /  
Wenn er nu mit Gut und Manne  
Ist der wilden See entgangen /  
Und nach Herzens-grund-Verlangen /  
Kommen zu den Hafen an:  
Also müssen Trawer-Klagen /  
Wenn von Liebes-Sachen sagen  
Wil der Liebsten Mündelein,  
Ja es müssen alle Schmerken /  
Alle Sorgen auß den Herzen  
Gänzlich hingelegt seyn.  
Dis / Herr Bräuttgamb / auch erweget /  
Und getrost ansezo leget  
In der Liebsten arme Hirt  
Alle Sorgen auß dem Herzen /  
Allen Gram und alle Schmerken  
Schlaget Euch jekt auß dem Sinn.  
Nu Gott woll' euch beyden geben  
Seine Gnade / langes Leben /  
Güldnes Glück / und süsse Ruh /  
Das Ihr seinen reichen Segen  
Spüren mögt auff allen Wegen /  
Nestors Jahre bringen zu /  
Das wünsch ich auß reinem Herzen.  
Zyver-Sucht / und Ehstands-Schmerken /  
Heuchelhafter Liebes-Schein

Sev





Sey ganz ferne! Friedlich lebet /  
Edle Seelen-Pflänzlein gebet /  
Wie in Edoms Garten seyn.

*Congratulationis ergò hac ludendo  
sunt apposita:*

*Cum hoc zovodis.*

*Quando Eos IVni sVrgle VigesIMA seXta,  
FrancfVrtI Sponse Sponsa petIta VenIt.*

**SEBASTIANO WELLIO,**  
*SS. Theol. Stud.*



*Aliud Epithalamium.*

**O**mnibus ut reliquis auditus sensibus, ecce,  
Utilitate valnes præstat utrâq; simul:  
Namq; per auditum, vitæ Fontisve meatum,  
In cor verba hominis læta, beata meant.  
Sic non pertristem, læsum nummata maritum  
Unica sed parens, casta puella beat.  
Talis ne est tua WERNICK ANNA OTTILIA Sponsa?  
Quam Divus donat: Nomen & omen habet.  
Carmina quæ moduler lætus? res ipsa loquuntur;  
Vulnere sanató, vulnera chara vides.  
Ergò det Summus, cedant jam semina litis,  
Vestrûmq; astringat pectora pacis Amor.

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

**SPONSUS.**

**S**chawriger Winter / wie thust du so krencken  
Meine betrübete Seele mit frost /

S ij

Die



Die sich doch selber vom Himmel her lencken /  
Trauriges Leben ich habe gekost /  
Daß alle die Sinnen /  
So sonst beginnen  
Für Freuden zu rinnen /  
Traurig jetzt sind.

Weichet ach weichet ihr funckelnde Sterne /  
Weichet / verändert doch ewre Gestalt /  
Phæbus die wermende Blicke von ferne  
Zeiget dem Herze / so leider erkalt /  
Von grausamen Leiden /  
Von liebenden Scheiden /  
Von herblichen meiden  
Liegend halb todt.

SPONSA.

Wachet / erwachet betrübeten Sinnen /  
Wachet / und sehet die kommende Freud /  
Luna die nächtlichen Wolcken beginnen  
Phæbo zu weichen; Es nahet die Zeit  
Die alles ersetzt /  
Ja was sie verletzet /  
Und noch nicht verschmercket /  
Sondern Betrug.

Solten die purperne Strahlen den frischen  
Nächten jetzt weichen / das wäre zu viel /  
Lieber ich wolte mein Feuer ausschüßen  
Auff die erfrorene Glieder zum Ziel:

Ich



Ich wil sie ergehen /  
So leiden jek Schmerken /  
Mit offenem Herzen /  
Gläubet mir.

CHORUS.

Wermet / erwermet ihr beyde Verliebten /  
Wermet / erwermet erstorbene Feld /  
Daß man aus beyden von Herzen betrübten  
Sehe die Blüte in grünendem Zelt /  
Das künstliche Stücke  
Das Herze erwicke /  
Mit Freuden anblicke /  
Gebe ja Gott.

Annō  
ConIVgIVM qVIs fVnDaVIt, refer, InßItVItqVe?  
nonne IeboVa?

*hac apponere voluit*

J. GRUNDIUS, SS. Th. Stud.



WAZENZIN WERNZERE /

Durch verkehrung der Buchstaben /

Wil nackt vereinen.

Nackt und blos steht jener Schüke  
Allenthalben abgemahlt /  
Ihm sind keine Kleider nütze /  
Die man offtmals thewr bezahlt /

E iii

Weil





Weil die Lieb ohn allen Schein  
Zimmer nackt und blos sol seyn.  
Unter Gold-verbrämten Röcken /  
Unter eufferlicher Zier  
Pfleget oft ein Schalck zu stecken /  
Oft ein ungeschaffnes Thier.  
Was stets blos und offen ist /  
Bleibt ohn Heuchel-schein und List.

Als dort Juno ihr Geschmeide /  
Pallas Helm und Harnisch trug /  
Da beschämten fast sie beyde  
Venus deinen Augen-Schmuck /  
Paris ward durch reichen Pracht  
Und durch waffen irr gemacht.

Aber da jehns böse Stücke  
Ihren Schmuck hatt' abgelegt /  
Und er nun die sawren Blicke /  
Die der Zevs sehr oft verträgt /  
Ungehindert konten sehn /  
Da war es umb sie geschehn.

Auch so bald die dürre Knochen  
Er an Pallas Leibe fand /  
Ward der Preis ihr abgesprochen /  
Und der Venus zuerkand.  
Dieses / drum sie längst gezanck /  
Ward durch einen Blick erlangt.

Drumb so schlüß ich steiff und feste /  
Wär auch Momus noch so toll /

Nackte



Nackte Lieb' ist doch die beste /  
Die man billich preisen sol.  
Was man kleidet / schmückt und färbt /  
Ist gemeiniglich verterbt.

Diß im Wercke zu bescheinen /  
Wil der Bräuttigamb auch hier  
Dergestalt sich nackt vereinen /  
Daß des Herzens offne Thür  
Und die splinter-nackte Frew  
Nie mit falsch umbkleidet sey.

Leb in nackter Lieb und Frewde  
O du Herz-geeintes Paar /  
Welche nie kein Leid umbkleide!  
Erlebt hundert-hundert Jahr.  
Lebe so / daß auch die Frucht  
In der Wiege wird gesucht.

Also stärkte in Eyl dem liebten  
Paar zu Ehren

Johann Franck.



D D E

An die Jungfer Braut.

S End ihr Jungfern so verschlagen /  
Wie man zwar von euch wil sagen /  
Schwester; Ey wie kömmt es dann  
Daß euch Amor fangen kan?

Denn



Denn weil der euch kan bekhören /  
Der nicht sehen kannoch hören /  
Schluß ich / daß auch Jungfer-List  
Nicht so gar vollkommen ist.

Leute von verschmizten Sinnen  
Lassen sich nicht leicht gewinnen.  
Wenn ein schlechtes Kind verführt /  
Da wird wenig Wik verspürt.

Doch daß sind nur / dünckt mich / possen /  
Was das Zichter-Volck geschlossen /  
Daß Cupido blind sol seyn /  
Und daß er ein Kind sol seyn.

Kinder könnens nicht vollbringen  
Grosse Leute zu bezwingen ;  
Und wer scharff sieht am Gesicht /  
Den verführt kein Blinder nicht.

Dieses wolt ich eher trawen /  
Daß Cupido weit kan schawen /  
Und derselb ist selber blind /  
Der nicht dessen Strahl empfünd.

Man verspürt auß seinen Tücken /  
Daß der Lecker scharff kan blicken ;  
Es bezeugt der Augenschein  
Daß er mehr kein Kind muß seyn.

Ist er aber / wie wir lesen /  
Vor ein Kind / und blind gewesen /

En



En so hat er doch numehr  
Augen / Stärcke / Witz / Gehör.

Schwester / du must selbst jetzt fühlen  
Das Cupido recht kan ziehlen /  
Und daß seines Köchers Stiff  
Auch bis in die Seele trifft.

Doch dein Liebster wird die Schmerzen  
Dir vertreiben von dem Herzen /  
Er wird dir ein Pflaster seyn:  
Du ein Kühl-Band seiner Pein.

Lebet wol / ihr lieben beyde  
In gewünschter Ruh und Frewde /  
Liebt einander nach und nach  
Wie Cornelia und Grach.

Lebet so in Fried und Güte /  
Das des Phrygius Gemütche  
Man am Bräutigamb erkenn /  
Und an die Pierien.

Bleib so lang ohn allen Schmerzen /  
Bis Cruseren güldne Kerzen  
Dort umb Cusko ganz vergehn /  
Und recht über Franckfurt stehn.

Zu Bezeugung der Schuldigkeit  
schrieb dieses

**Heinrich Hoffmann** /  
der Braut Bruder

D

CUM



CUM DEO.

**F**elix censetur fulvum qui repperit aurum,  
Et margaritas fulgidas.  
Ast magè felicis nomen sibi comparat ille,  
Qui, teste sacro Codice,  
Non pulchrà saltè formà, quæ sola celebris  
Nihil meretur gloria;  
Sed simul ornatam Pietate & moribus æquis  
Capit à Jēhovà Conjugem.  
Hac etenim lenit luctum, cum pectora curis  
Franguntur & molestiis.  
Ast nil noverunt aurum variq; lapillè  
Præbere tunc solaminis.  
Hac duris tecum rebus sacra Numina voce  
Rogare novit supplice,  
Et, quæ te crebrò pulsare pericula dira,  
Cingunt, suis suspiriis.  
Ast neutrum, quando fatis urgeris iniquis,  
Præstare possunt gemmula.  
Ergo felicem meritò, Charissime Sponse,  
Te predicabit quilibet.  
Quando tibi socio conjungit fœdere Nympham  
DEi supremi Filius,  
Quam facies formosa, genus, quam Candida Virtus,  
Moresq; laudant optimi.  
Gratulor inde tibi de Sponsâ, Sponse, politâ,  
Deum precatus sedulo,  
Hæc cum longævæ vivas ne tempora vite  
Concorditer, feliciter.

Paucis hæc felix Conjugium  
Neonymphis precatur

**ELIAS MICHAELIS,**

Selov. March.

Beyder



Vender Verliebten Kürze  
**Keusche Liebes-Verbindung.**

**Sak.**

**D** Margaritis du Preyß der Schafferinnen!  
Wie zwingst du doch so mächtig meine Sinnen?  
O Schak / O Lust / O Zier / O mehr als schönste Wangen!  
O Ausbund aller Blüt / O einiges Verlangen!  
Deiner Lippen Rosen-Schein /  
Deiner Augen Aferitten  
Welche meinen Sinn bestritten /  
Wollen meine Mörder seyn!

**Gegen-Sak.**

**N**ein Thirsis nein / nein Thirsis meine Wonne;  
Du bist der Schaffer Zier und aller Hirten Sonne:  
Wie kan ich kräncken dich? Wie kan ich dich betrüben?  
Traum / wer dich nur erblickt / der kan dich nicht als lieben.  
Thirsis stell dein Trauren ein:  
Mit den Rosen meiner Wangen  
Solt du und sonst keiner prangen  
Ich wil deine Liebste seyn.

**Nach-Schall.**

**L**ustig ihr Auen / ihr Wiesen und Felder /  
Lustig ihr Thäler ihr Sträucher und Wälder /  
Lauffet ihr Satyri schmücket die Heyden  
Kuffet die Nymphen zum heutigen Freuden:  
Hymen selbst stecket die Sackeln schon an  
Thirsis und Margaritis kommen gegangen  
Haben einander gar lieblich umbfangen  
Springet und singet / wer singen nur kan!

**Votum.**

**E**n Multi per multa tibi Neonymphe tulere  
Vota, Tugi fulvis anteferenda bonis!

*Quid*



*Quid mea Musa ferat pauper? nil? absit in istis  
Permultis multum Pondus inesse, vovet!*

Debitæ congratulationis ergo  
fecit humili stylo & filo.

DANIEL TIEFFTRUNC / Miso.

**Q**uam sublime decus! quàm lepidum! facti  
Consortem Thalami ducere splendidam:  
Qualis jam Thalamò, Sponse, potitus es  
Bella virginis & corporis indole  
Vernantis vegetæ mentis & indole  
Per summam bonitatem superi DEI;  
Qui cum ludere castosq; tibi licet  
Somnos jungere de cordeq; demere  
Mæstarum stimulos sollicitudinum.  
Confectus querulis hæctenus es sonis  
Primæ conjugis ob fata prementia  
Sed jam Numinibus concomitantibus  
Arridet melior fors iterum tibi,  
Uxor quippe datur nobilis & pia  
Castis moribus & mentis acumine,  
Sudoris varii non leve præmium;  
Et Solatiolum cordolii tui;  
Et desiderii perpetuus Calor.  
Hoc faxit, precor ergo, DEUS optimus,  
Is det fœdere junctos Thalami novi  
Vitæ tempora consumere faustiter;  
Præstò pax, bonitas atq; fides sient:  
A vobis Eris absit; procul exulet  
Fervor pectoris & dissidium grave,  
Firmus vester amor nomine quolibet;  
Ambo vivite Tithonia secula,  
Et transcendite longos Pylii dies.

GOTHOFREDUS PRENTZLOVIUS,

Furstenfeldiæ Neo Marchita, artium liberali-  
um alumnus,

1750



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,  
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674











85

**ALAMIA,**  
 In  
 n secundas, facundasq;  
**PTIAS,**  
*, Virtutum, & integritatis*  
*inspici VIRI,*  
**TINI WER-**  
**TII,**  
 erenissimi Electoris Branden-  
 instructissimum habetur, Com-  
 isis industrii,  
**ONSI,**  
*cum*  
*udicissimaq; Virgine*  
**O T T I L I A,**  
*& Integerrimi Viri*  
**RIS HOFMANNI,**  
 oris pariter ac Judicis in urbe  
 anâ spectatissimi,  
 arissima,  
**ONSA,**  
 das Die Junii,  
 tboro, *PAX aVrea, Vestro.*  
 ANNO  
 nelnVs WernleVs Anna  
 gleVr.  
*a et amicis*  
 le pectore gratulantibus.  
 rancofurti  
 I KOCHII, Acad. Typ.

2 may 73

